


umbræ Meridionales toto hoc tempore, & hoc est quartum.

Cor. 1.

Ex quo sequitur, quod in hoc toto tempore veris & æstatis, cum Sol in Meridie videatur esse post tergum, & in Meridie, & dum oritur à parte Septentrionis. Ergo ab ortu Solis ad Meridiem videbitur ferri motu diurno, linea obliqua à Septentrione in Meridiem: & à Meridie ad Occasum, alia obliqua linea à Meridie in Septentrionem: ut in figura, ut si Sol sit in a in Oriente, b in Meridie, c in Occidente, & vertex nobis in e.

Cor. 2.

Sequitur etiam, quod si tempore æsta-



tis possemus in media nocte videre Solem, in cœli medio videretur, tantundem versus boream declinare, quantum Meridie ad Meridiem. Et hoc quia circulus æquinoctij b q'd, tanto borealior est in parte inferiore circulo per verticem, quanto in superiori est australior: quoniam circuli magni se secant per æqualia. Et si hoc est verum de Sole sub æquinoctij circulo, quanto magis erit verum de Sole sub tropico æstivo?

Cor. 3.

Ex præcedenti patet, quod Sol in media nocte borealior videretur sub æquinoctij circulo tanto, quanto videtur australior seipso, dum est sub tropico cancri, quia circuli se secant ad angulos oppositos æquales: igitur si verticis circulus maiorem facit angulum superiorem cum æquinoctij quam tropici borealis circulo, igitur & inferiorem: homo autem & visus iudicat australe & boreale iuxta inclinationem circuli ducti per locum Soli ad circulum ductum per locum verticis:

Per similem 15.

Propos. primi Elem.

Propositio CCXXI.


Magnitudo Lunæ & cæterorum astrorum dignoscitur ex proportione aliorum ad eam iuxta distantiam: ipsius verò iuxta rationem pupillæ ad Lunam distantie ratione.

Com.

Sit pupilla a b, quæ in circulo l m, posita in eodem centro, comprehendat portionem notam l m, ideo clauso oculo altero eandem portionem videbit totius cœli, ut liquet ex demonstratis in Elementis Euclidis, igitur nota l m nota erit pupillæ, & idè g h quanta sit portio cœli, quia k est etiam quasi centrum cœli Lunæ, sit ergo Luna c d, eritque tanta portio g h notæ, quanta e f pars pupillæ, per quam videtur ipsius a b: e f autem similiter est nota in a o, igitur, & e d in

Tom. IV.

comparatione ad totum circulum. Quia verò g h est nota, & in Sole conspicitur



arcus notus æqualis, ergo erit nota diversitas aspectu ob distantiam nostram à terræ centro, quare altitudo Lunæ nota, & eius magnitudo, eius enim ad semidiametrum oculi, ut e d ad e f. Hoc autè est crassa Minerva additum, ut quis intelligat difficiliora esse quæ crassa videntur, quàm quæ elaborata, huiusmodi autem diuina, de quibus mox dicendum erit,

SECUNDA PARS DESUPER Principia.

DIFFINITIO PRIMA.

Proportio imperfecta seu potestate est duarum quantitatum, quæ sic se habent, ut nullæ duæ aliæ in eodem genere inueniri queant,

DIFFINITIO SECUNDA.

Proportio media est comparatio rei non habentis quantitatem, quæ tamen mutari possit ad rem, quæ quantitatem habeat.

DIFFINITIO TERTIA.

Proportio sublimis seu ordo dicitur duarum substantiarum quæ quantitatem non habeant, comparatio.

PETITIO PRIMA

Infinium quod imaginem habet quantitatis, quantitatem autem non habet, neque est quantitas.